

LIB. XXXIX. PAND. TIT. I

De Novi Operis Nunciatione.

Das Verbot eines neuen Baues/ Est Legitima Prohibitio facta aedificanti contra formam pristinam in praedictum ejus, cujus propter jus in re interest. l. 1. §. 19. ff. b. j. l. un. §. 3. ff. d. remiss. ad hoc ne aedificando vel demolendo pergat. l. 1. §. 12. ff. donec de illius jure aedificandi constet. l. 1. ff. b. aut eo nomine satisfactio admittitur. a. l. §. 4. l. 20. §. 9. ff. b.

Dividitur
A Causa Finali in
Publicam, quae datur ad jus publicum tuendum. l. 1. §. 16. ff. b. c. g. si quid in mercatus publici praedictum extruatur.
Privatam, quae datur ad jus privatum tuendum, aut damnum depellendum. l. 1. §. 19. ff. b.

A Forma in
Publicam, quae fit jussu & auctoritate Magistratus. a. l. 16. ff. b. Haec Nunciatio hodie frequentissima & utilissima est. Carpz. l. 1. R. 6. n. 6. 7. Praecipue vero expedit a Judice de jure nunciantis informato, partibus summarissime auditis, impetrari Inhibitionem ein Verbot. Schilt. ad π. Ex. 12. §. 27.
Privatam, quae fit privata auctoritate, lege tamen permittente. l. 1. §. 2. ff. b. & Dispositur in Realem, quae expeditur re ipsa manu opponendo lapillumve jactando animo prohibendi. l. 5. §. 10. ff. b. l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam. Haec nondum recessit ab usu & ad possessionem conservandum prodest. d. l. 5. Hahn. ad Wesf. h. t. n. 9. Groen. d. ll. abrog. a. d. l. 5. §. 10. & Verbalem, quae verbis Opus novum inhibentibus fit. Utrique Nunciationi Notarium cum Testibus adhiberi expedit, partim ut forma operis in Instrumentum redigatur, & quid postea aedificatum sit intelligatur, l. 8. §. 1. ff. b. partim ut in promptu sit factae nunciationis probatio. Hahn. d. l.

Ab Objecto in Totalem, quae totum Opus novum, & Partialem, quae partem operis novi respicit. In hac nunciatione demonstrandum in quo loco novum opus nunciatur, ut sciat is, cui nunciatum est, ubi possit aedificare & ubi interim abstinendum sit. l. 5. §. 15. ff. b.

Fit v. Personae
Nunciantis ab iis quorum interest, novum Opus non fieri. l. 1. §. 16. 19. ff. b. & quidem in Causa
Publica ab omnibus Civibus. l. 3. §. f. ff. b. (etiam incolis. a. l. 29. ff. ad mun. l. 1. l. f. C. d. municip. non tamen peregrinis Bannitisve. a. O. C. Part. 2. t. 9. §. 2.) Idoneis tamen, quales non sunt Mulieres & Pupilli, nisi hanc personarum privatim interest. a. l. 6. ff. popul. alt. ut si ipsarum luminibus officatur, quo casu nunciatio pupillorum rata habetur intercedente tutore auctore. l. 5. ff. b. in muliere autem, cujus interest, peculiariter Jur. Sax. consensu Curatoris opus erit. P. 2. C. El. 15. non Civili. a. d. l. 6. Pluribus concurrentibus Magistratus eligit maxime idoneum. l. 2. ff. d. pop. alt. aut eum cujus maxime interest. l. 3. §. 1. ff. eod. Quod si opus in Fundo Ecclesiae fiat Parochianis haud denegabitur nunciatio novi operis. a. c. 6. X. d. reb. Eccles. alien. Brunn. ad l. 3. ff. b. n. 5.

Cui nunciatur. v. pag. seq.
Privata, v. pag. seq.
Versatur. v. p. seq.

Ees eee